



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

De Ceremoniis Hvmanis In Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

DE CEREMONIIS HUMA-
NIS IN ECCLESIA.

ORA superior pars huius operis primum dogmata propria Ecclesie de Deo; & de rebus æternis, de lege Dei, de peccato, de Eu-
gelio, de gratia, iusticia & Sacramentis, postea etiam doctrinam
vita ciuili recitat. Nunc de gradu operum dicemus, longe posito
ista doctrinam & opera, de quibus supra dictum est, uidelicet de ce-
remonijs, que instituta sunt humana autoritate in Ecclesia, quarum
nigra sunt discrimina. Aliquæ enim viles sunt ad bonum ordinem.
Vero in scholis distribuuntur horæ & materiæ lectionum, & sunt
claves discendi, seu ut patres familias ordinem pueris prescribit,
quo primum mane preces recitant, deinde sumto ientaculo discunt l-
teras, postea faciunt operas alias domesticas, ita in publicis con-
cessibus Ecclesiæ ordinem aliquem natura hominum requirit.

Sed præter has viles ceremonias, quæ propriæ sunt apud insti-
tuta sunt, subinde homines omnibus æstatibus multas addiderunt,
panum superstitione, partim auracia, partim consilijs tyrannicis. Et
quodam aperte pugnant cum mandatis diuinis. CVM autem
lumina infirmitas hoc ritus ita admiretur, ut exstimeret eos summa
opera esse, placantia iram Dei, & horum admiratione fascinata, lu-
ten Euangelij de mediatori Christo, & de fide amittat, & sequantur
magis tenebra & discordia in Ecclesia Dei, necesse est de his legi-
bus & operibus iudicium Euangelij proponi & illustrari. Ac primum
almonio lectorem, in hoc loco non dici de legibus Magistratum ci-
vium, aut officijs civilibus, quæ proprie pertinent ad gubernatio-
nem Magistratum ciuilem, & instituta sunt ad defensionem com-
munem pacis, & imperiorum tranquillitatem, sed de earum legum
autoritate loquimur, quæ ab hominibus in Ecclesia conditæ sunt,
et indicantur esse seu exercitia peculiaria pietatis, seu cultus Dei, ut
cubilatus, certæ forme ieiuniorum, *βαπτισμοι*, &c. EST

autem viri politici non amantes Euangelium, tragicè queruntur la-
bescitati legum autoritatem, quia aliquæ laxantur, & disputant ex-
emplum perniciosum esse: tamen necesse est anteferri his querelis
glorian Christi, & salutem piorum, quos erudiri necesse est, ut iux-
Euangelii retineatur, & discernere conspiciatur inter necessarios cul-
tus Dei, & commentitias superstitiones. NEC illa nos cauſa
ab hac explicatione deterret, quod multi abutuntur doctrina liber-
tatis. Sed de vtraq; i.e. acerrime pugandum est in docendo, necessaria
doctrina diuinitus tradita, pure & fideliter expouenda est, & absur-
qualescumq; sunt, seuere taxandi sunt, & castigandi sunt, qui prætextu-

u s. hunc

660 DE CEREMONIIS HUMANIS
huius libertatis, quæ Christi sanguine parva est, indulgent prauis cypiditatibus, & mores accersunt, qui homines moderatos ab Evangelio deterrent.

T R E S I G I T V R R E G V L A S
R E C E N S E B O.

P R I M A Regula. Ut Heua peccavit, optemperans Diabolo latanti, ut contra mandatum Dei faceret: ita peccant omnes qui optemperant legibus aut edictis, quæ iubent facere contra mandatum Dei, sive leges illæ ab Episcopis, sive à Regibus, sive à alijs Magistris, sive à Diabolis propositæ sint. Vera est enim vox Apostolorum: Oportet Deo magis obediare quam hominibus. Itaq; cum rebellis Ionicus iussit auream statuam adorari, necesse fuit non obtemperare, & magna fidei constantia ostendere, quæ sit vera Dei adoratio, non Israëlitæ fecerunt, ut narrat Daniel. Ira Apostoli contra mandatum summi sacerdotis docent Euangelium Act. 5. & palam testimonium referendum esse Dei mandatum. H 1 c pij, leges Pontificum Regum edicta considerent, qua iubent facere contra mandata Dei. Psalmus edicta impia proponuntur, ne puram doctrinam Euangeliæ dicit, legat, discat populus. Coguntur sacerdotes vistato more ad profanationem multiplicem cœnæ Domini in Missa. Pertinaciter remittunt invocatio mortuorum, prohibetur coniugium sacerdotibus, cum tamen non omnes sint idonei ad celibatum, & Deus coniugium praecipiat omnibus, qui cœlibes non viuant sine aliqua labore, vti. Contra 7. clare dicitur: Vitande scortationis causa, vniuersisq; habent rationem suam. Λέτε τὰς πορνίας ἔδεισθε τὸν τεῦτόν γε καὶ ξέτω. Et postea: καὶ ζεστοπέσι γαμήσοτε, οὐ πορνεῖσθαι. I am cogita quanta multitudo hominum his iniustis legibus oppressa reatur, qui invocare Deum propter labores conscientie non posse, & quelliuntur a Deo, ac ruunt in æternum exitium. Horribiliter peccant Pontifices & Reges, cum condant leges impedientes veram Dei invocationem, hoc est, cum aliquid principiant fieri, quod sine labore credentia non potest fieri. Sicut aurem Heua peccavit, obtemperans voce Diaboli, sic peccant reliqui, cum impias leges antedicta mandato Dei, & finunt sibi excuti veram Dei invocationem.

N A M O magnitudinem peccatorum, quæ hæc tristissima sententia assert, satis deplorare potest, immo nulla est tanta hominum sapientia, quæ magnitudinem horum malorum satis intelligit. Iacet opposita magna pars eius populi qui vocatur Ecclesia, tyrannicus legatus, quæ stabilunt idolorum cultus, errores, nefarias libidines, & impudicitiam veram Dei invocationem. Et haec leges defenduntur magis